



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ  
Præcones**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadt, 1645**

§. 1. Terram varijs modis, ob hominum peccata, reddi inutilem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](#)

*motus, unde, & cur existant?*

483

§. I.

*Terram varijs modis, ob hominum peccata,  
reddi inutilem.*

**M**Agnum diuinæ beneficentiaæ ar-  
gumentum est terra, cuius mune-  
ribus, quia non solùm aquissi-  
mum est priuari ignauos, sed multò etiam  
justius plecti quosdam, qui in ea, in igno-  
miniam Conditoris, viuunt: meritò cadem  
etiam subinde fit diuinæ justitie & speculum,  
& instrumentum. In ea enim nonnunquam  
Numinis ira luculente appetet. Neque v-  
nus est pet illam puniendi modus. 1. *Terra* Isa. 6. 1.  
*relinquetur deserta*, ait Prophetes. Vbi ne-  
mo habitat, ibi nemo arat, nemo metit.

*Quæ incolas habet, regio*, inquit Xenophon, Xeno-  
magui pretij possessio est; eadēque, si ab homi-  
nibus deserta sit, etiam commodis ipsis caret. phon. I. 4.  
de Insti-  
tut. Cyri.

Terra ergo deserta deserit & ipsa; ac sàpe  
prœuenit, ut deseratur. Nam 2. Etiam si  
sint, qui stiuam torqueant, qui vomere  
lacunam faciant, qui sulcum imprimant,  
qui semen jactent; immò qui centum ara-  
tris terram vertant, tamen nonnunquam  
aque pessima sunt, & terra sterilis. 3. Ali- 4. Reg. 2.  
quando aquæ penitus nullæ sunt, si clau- 19.  
sum fuerit cælum, & non pluerit, propter pec- 3. Reg. 8.  
cata 35.

Hb 2

cata 35.

484 Cap. XVIII. Terra mala, & præcipue

cata mortalium. 4. Aliquando nimia sunt,  
vt computrescant semina; & tantæ, vt ter-

ram non rigent, sed mergant: sicut in di-  
Gen. 7. 4 luvio accidit. 5. Aliquando imbres frigore  
concrescunt, vt percutiant: sic sata verbe-

Exod. 9. 1 rantur, longi perit labor irritus anni. En-  
2 pluam crassait, hac ipsa hora grandinem mul-  
tam nimis. 6. Aliquando iam flava Ceres

manus & falcem postulat, cùm noxie ani-  
mantes spem propinquam depopulantur.

Exod. 10. Ecce ego inducam cras locustam in fines tuos,  
4 que operiat superficiem terræ, ne quidquam ei-

apparet; sed comedatur, quod residuum fu-  
rat grandini. 7. Aliquando ira incensus

Deus terram cælestibus flammis vastat. Sic

Gen. 19. Dominus pluit super Sodomam & Gomorrhā,  
24. sulphur & ignem à Domino de celo. Nihil v-

tique tunc viruit, in illis campis; in quibus

vel ipsa poma, etiā hodie, leui pressu, in va-

gum puluerem fatiscunt. Nec opus est pi-

ce; sole potest mundi Gubernator solum

exurere: quo jubente, aliæ & præsentia

huius astrii salubriter calefacit, & absen-

tia utiliter refrigerat; aliæ siue absens sit,

siue præsens, omnia deuenustat; vt vel bu-

stū siant, vel obscurum chaos, & facies no-

cturna; eclipsi lumen eius obuelante.

Quan-

Quanquam enim ista s̄a pe suās, etiam in  
natura caussas habent; falsum est tamen,  
nihil horum Deos facere, nec irā numinum,  
calum concuti, aut terram, ut Stoicus præ-  
sumere animo jussit.

Senec.  
lib. 6. nat.  
q. q. c. 30.

§. II.

Terra luce, & fœcunditate orbata.

Apud veteres tragœdos, Atreo Myce-  
narum rege, Thyesti fratri suo filium epu-  
landū præbente, singitur sol, facinoris im-  
manitatē abominatus, radios suos resor-  
buisse; immō, ne pollueretur, aufugisse. Ita  
tenebris terras operuisse erubelcentem na-  
turam, canunt Poëtæ, qui sibi videbantur  
irati Dei offensionem grauius exprimere,  
non posse. Nimirum, ut pictor excellens ta-  
bulæ à se pictæ cortinam obduxit, ne à su-  
tore, vltra crepidam sapiente, aut alio Mo-  
mo opus carpente aspiceretur: ita Deus  
quoque texit olim in Ægypto, nona plaga,  
terras; &, Filio suo moriente, trium hora-  
rum interuallo, cæli lumen extinxit, ut o-  
stenderet, vel naturam pati, vel naturæ au-  
thorem; eāq; propter indignos esse morta-  
les, qui lucem, qui orbem, qui orbis Con-  
ditorem intuerentur, quem crucifixerunt.

Senec. in  
Thyeste.

Eodem momento dies, ait Tertullianus, me- Tertull.

Hh 3 diu m